



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Quæstio XLII. In qua de Tertia Censura qua est Interdictum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

QUÆSTIO XLII.

qua de Tertia Censura quæ est Interdictum.

Quid Interdictum?

S. Largè sumptum, importat quamlibet prohibitionem Judicis Ecclesiastici.

Inquiro definitionē Interdicti propriè sumpti, pro quadam speciali Ecclesiastica pœna.

Est Censura Ecclesiastica Privans usu Divinorum Officiorum, Sacramentorum, & Ecclesiastica sepultura, activè & passivè: (sive) Prohibens usum quarundam rerum divinarum, quatenus fidelibus communis est, & quatenus est usus talium rerum.

U. Apparet ex hac definit: quòd Interdictum cum Excommunicatione conveniat.

S. Privat utiq; etiam Excommunicatio Divinis, sed non his solùm, verùm etiam multis alijs quæ non sunt Divina, pro-

prout alibi expressi, aut interdictum
solis divinis privat.

Q. Cur adjecisti *ly active & passive?*

S. Ut ostenderem interdictum differre à
suspensione, quæ non privat passivâ
susceptione Sacramentorum, neq; Ec-
clesiasticâ sepulturâ, interdictum ve-
rò privat receptione quorundam Sa-
cramentorum, item Suspensio non
privat, alios quàm Clericos, quatenus
est Censura. Interdictum autem etiam
aliquando privat Laicos.

U. Posterior definitio Interdicti, vi-
detur mihi necessariò declaranda.

S. Dixi Interdictum prohibere *usum*
&c. quatenus fidelibus communis est, qui-
bus verbis distingvo hanc Censuram à
Suspensione, quæ etiam privat aliquo
usu rerum divinarum, sed non ut com-
muni, verùm ut proprio alicujus Per-
sonæ Ecclesiasticæ; dixi item *quatenus*
est usus rerum ut distingverem Interdi-
ctum ab Excommunicatione, quæ pri-
vat quidem usu talium rerum divina-
rum,

sed non quatenus est usus rerum
rararum, sed quatenus est commu-
natio cum alijs Fidelibus.

Scies utiq; Interdictum diversimo-
dividi.

Scio aliud esse *locale*, aliud *Personale*
et *mixtum*, id est tam locale quam
personale; aliud *Generale*, aliud *speci-*
ale, aliud *totale*, aliud *partiale*.

Quodnam est interdictum *locale*?

Quod directè fertur in locum ali-
quem, etsi feratur in locum comple-
tè plura alia loca partialia ut in
Regnum, *Provinciam* &c. tunc erit lo-
cale *Generale*, si verò in locum *specia-*
lem, hanc scilicet vel illam Ecclesiam,
erit locale *speciale*.

U. Exprime Interdic: *Personale*.

Personale est, quod immediatè di-
gitur in aliquam Personam, ei inter-
dicendo Usus Divinorum respectu
cujuscunq; loci, & si feratur in corpus
collectivum, ut in *Republica*, *Com-*
munitatem, *Collegium* &c. erit *Per-*
so-

sonale Generale, si verò in determinatas Personas, sive unam sive plures erit speciale, & ex hoc jam patet quid sit Interdictum locale simul & Personale, seu mixtum.

V. Quid intelligis per Interdictum locale?

S. Illud, quod simpliciter fertur quoad omnes effectus Interdicti, è contrà per partiale illud quod privat uno vel altero effectu.

U. Adverto necessariò observanda esse aliqua, tam circa interdictum locale Generale, quàm Personale.

S. Observandum utiq; est quòd quando interdicatur aliqua v. g. Civitas cõprehendi debeant etiam Suburbia & contigua adificia ex cap. Si Civitas de Sent. Excomm. in 6. similiter ab Interdicto locali Generali non eximuntur Ecclesiæ exemptæ à Jurisdictione ejus qui interdixit (puta Religiosorum &c.) secùs est dicendum de Interdicto speciali, quia hoc requirit jurisdictionem
in

hanc aut illam Ecclesiam ; observo
quod sub Interdicto speciali lo-
comprehendantur omnes Capel-
ejusdem Ecclesie, & Cæmiterium
contiguum, ad eamq; spectans.

Quæ autem observas circa Interdi-
am Personale generale ?

Sequentia : I°. quod Personale Ge-
erale universaliter comprehendat sin-
illas Personas, quæ sunt partes illius
munitatis in quam fertur. II°. quod
Interdicto cadente supra Populum
absolutè, sint interdicti etiam habi-
antes in Suburbijis, si sint partes ejus
Populi (non comprehenduntur tamen
Hospites, vel qui non sunt pars com-
munitatis.) III°. Quod interdicta Fa-
milia alicujus Principis Cardinalis &c.
etiam Clerici, qui sunt de ejus Fami-
lia sint interdicti. IV°. Quod interd. cto
Populo, non comprehendatur Clerus, se-
cundum usum *Ecclesie & Canon: ex cap.
Si Sententia.* V°. Quod interdicto Clero,
non

non censeantur interdictæ Personæ Religiosæ seu Regulares, nam etsi in favorabilibus soleat extendi nomen Clerici ad Religiosos, non tamen in pœnalibus ut notat *Fillius. ex Sylvest. Covar. & alijs. VI.º*. Denique quod habens duas domos in diversis locis, si actu habitat in domo, ubi totus Populus est interdictus etiam ille manet interdictus, huc enim quadrat illud: qui sentit commodum, sentiat & onus, *V. Recense effectus, sive illa quibus privat Interdictum.*

S. Quantum ad Sacramenta licet indefinitè prohibeatur Personis interdictis nè Sacramenta recipiant, tamen in Jure, præsertim novo, excipiuntur quædam Sacramenta, ut *Baptismus, Pœnitentia & Eucharistia* (permodum vitatici in articulo Mortis) quia cum hæc sint Sacramenta necessitatis, saltè duo prima, vel saltè maximæ utilitatis ut tertium, non intendit Ecclesia per interdictum illis privare; addit

File

cum alijs etiam Sacram. Confir-
 mationis, eò quòd sit quasi complemē-
 tum Baptismi, secùs verò dicendum
 de Extrema unctione, Ordine & Ma-
 trimonio solenniter & cum Benedic-
 tione solenni celebrando, licèt proba-
 biliter sinè alijs solennitatib⁹ posse cele-
 brari dicant *Canonis*: pro quo, vi. *Filinc.*
 Quid autem resolvis quoad priva-
 tionem Divinorum Officiorum?
 Certum est, nunquam fuisse inter-
 dictum Missæ Sacrificium, propter Vi-
 ticum quod erat conservandum in ijs
 tantum Ecclesijs, in quibus consuevit
 Ecclesia comuniter Eucharistiam ser-
 vare pro infirmis, ut sunt Parochiales,
 Monasteria Monialium & Religioso-
 rum.
 Suppono quòd obligati ad recitan-
 das *horas Canon*: non obstante interdi-
 cto possint ac debeant eas privatim &
 sinè strepitu recitare.
 Omnino; adverte etiam quòd tem-
 pore interdicti Generalis localis con-
 ces-

cessum sit, ut singulis diebus in Ecclesijs & Monasterijs Missæ celebrentur, & alia officia Divina absolvantur, submissâ tamen voce, januis clausis, campanis non pulsatis &c.

U. Nonnè si Interdictum sit Personale, & interdicti sint denunciati prohibet simpliciter Ecclesiasticam sepulturam?

S. Ità est: similiter si sit locale Generale, quo casu tamen Persona à Jure excepta, vel Privilegiata & inculpabilis absq; consuetis solennitatibus Ecclesiasticam Sepulturam habere potest & debet; sicut & quælibet Persona quæ specialiter interdicta non est, neque culpâ suâ interdicto Causam dedit, in quocunq; loco Sacro sepeliri potest.

V. A quo autem Interdictum tolli seu relaxari potest?

S. Interdictum Generale locale, vel Personale jure communi non reservatum, potest tolli per Episcopum, vel alium habentem quasi Episcopalem ju-

isdictionem in communitatem in-
dictam.

Etiamnè Regulares per sua Privile-
gia, interdicta localia aut Personalia
communitatis tollere possunt?

Non possunt, horum enim potestas
sua habent vigore suorum Privile-
giorum extenditur ad absolvendum Fi-
deles tantum in foro Conscientiæ, lo-
cus autem & communitas foro Pœni-
entiæ non subjiciuntur, ergo &c.

Existimo tamen quòd per Privilegi-
um quo conceditur potestas absolvere
ab omnibus Censuris juris, possit
tollì omne Interdictum Personale spe-
ciale.

S. Possè tolli lego apud *Canonis*:

U. Quid sentis circa Interdictum Per-
sonale speciale non reservatum?

S. Sentio quemlibet Confessarium ex-
positum post præstitam satisfactionem
vel de satisfaciendo cautionem ab il-
lo absolvere posse; sicut namq; quili-
bet Confessarius expositus ante abso-
lu-

lutionem à peccatis, potest relaxare
Excommunicationem non reservatam,
ita etiam interdictum personale par-
ticulare sine reservatione latum.

V. Quæro, an sicut pereunte Commu-
nitate personale interdictum expirat,
ita quoque destructa Ecclesia tollatur
interdictum locale?

S. Non tollitur pro quo, *vid. Canonis.*

V. Recordor te aliqua breviter dixisse
alibi concernentia violationem Eccle-
siae, nunc autem occasione praesentis
materiae de Interdicto, desidero ut ad-
aequatè exprimas casus in quibus de ju-
re contingit Ecclesiam violari.

S. (*Conform. ad alibi dicta*) *Primus casus est*, quando effunditur injuriosè
sanguis hominis viventis intra Eccle-
siam, debet autem fundi in copia, pro-
ut denotat ipsum vocabul: *effusio* hinc
per modicam sanguinis effusionem
non pollui Ecclesiam docet *Victor, Se-
tus & alij Canonis.*

V. Constat ex tuis dictis, quòd illa ef-
fusio debeat esse injuriosa. *S. De-*

Debet esse, quia mortalem impor-
culpam, quare non sufficit ad vio-
landam Ecclesiam, si effundatur san-
guis aliquo eventu fortuito, ut per ca-
sum lapidis aut tegulae, vel si effusio
propter justam sui defensionem, vel si
a Furioso Ebrio, aut alio usum ra-
tionis non habente, neque sufficit vul-
nus acquisitum absque dicta sanguinis
effusione.

Debetne esse intra Ecclesiam effusio?

Debet: hinc si quis extra Ecclesiam
vulneraretur, & ad Ecclesiam confu-
gens, illic multum sanguinis effunde-
ret, non propterea violaretur Eccle-
sia; e contra vero si quis intra Ecclesi-
am vulneratus, antequam ad terram
sanguis deflueret, exiret, violabitur
Ecclesia, quia intra Ecclesiam causa
accidit; Denique juxta communem Sen-
tentiam Canonistae ut in hoc & alijs casibus Ec-
clesia censeatur esse polluta, debet ef-
fusio sanguinis, & universaliter omnis
actio qua violatur Ecclesia esse publi-
ca,

ca, constans vel ex publica Confessione & sine
 one eorum qui fecerunt seu deliquere. Con
 runt, vel ex facti evidentia, ita ut pro ob
 quamprimùm id uno vel altero modo inco
 constiterit, extunc, & non antea, cen
 featur Ecclesia polluta. tur pe
 ec cen

U. Exprime secundum Casum.

S. Secundus casus, in quo violatur Ec
 clesia est homicidium mortale, etiam
 si Sanguis non effundatur, ut si quis
 piam in Ecclesia suffocaretur, vel in ea
 lethaliter vulneratus, exiret antequam
 sanguis efflueret, & quia debet esse
 homicidium cum culpa mortali, idcirco
 cò non violatur Ecclesia per homicidi
 um casuale, neq; per illud quod acci
 deret si quispiam se defenderet cum
 moderamine inculpatæ tutelæ.

V. Exprime tertium Casum.

S. Tertius casus est, si effundatur Semen
 humanum illicitè, sive fiat, per adul
 terium, sive per simplicem fornicatio
 nem, imò etiam per actum Matrimo
 nialem, nisi in casu, quo ex necessita
 te

Confessio & sine irreverentia id fieret, ut si
 deliquerit Coniuges longo tempore in loco
 , ita ut viro obsiderentur, & sibi timerent
 o modo incontinentia, tunc enim excusa-
 ea, cen- tur petendo & reddendo debitum,
 ec censeretur Ecclesia polluta: vio-
 tur similiter Ecclesia per mollitiem,
 tur Ec- ut actum Sodomiticum &c. non ta-
 etiam- men violatur per nocturnam in Som-
 si quis- no pollutionem etiam si sit indirecte &
 el in ea- Causa voluntaria.
 equam- Exprime reliquos Casus si qui sunt.
 et esse- Violatur item Eccl. si in ea sepelia-
 , idcirco- tur excommunicatus denunciatus seu
 nicide- tandus; item si sepeliatur infidelis,
 l acci- non tamen polluitur si in ea sepelia-
 cum- tur Catechumenus (quamvis id fieri
 non debeat) deniq; si Ecclesia conse-
 cratur vel Camiterium benedicatur
 ab Episcopo Excommunicato denun-
 ciato ut docent communiter *Canonis*:
 Si Ecclesia violetur modo aliquo ex
 assignatis, nunquid eo ipso intellige-
 tur pollutum Camiterium & Capella
 g. contigua? **Ii** S. Sic

S. Sic est: non tamen polluto Cerni- Non
teriò aut tali Capellâ intelligetur pol- Inter
luta Ecclesia, quia magis dignum tra- Assim
hit ad se minus dignum, non è contra- ten?
U. Peccatnè mortaliter celebrans in- betur c
Ecclesia violata?

S. Peccat omninò: non tamen fit irre- stratio
gularis, cùm violatio Ecclesiæ non sit im quia
Censura; quòd si Ecclesia consecrata, tum
fuit ab Ordinario loci, ab illo vel alio- nas, se
Episcopo de ejus licentiâ reconcilia- eludit
da est; potest tamen hæc reconcilia- eta sol
tio à Papa committi simplici Sacerdo- cit irre
ti, cum aqua per ipsum Episcopum be-
nedicta; quid autem circà hoc possint
Religiosi? videantur eorum Privilegia.

U. Pro complemento hujus Quæstio-
declara quid sit Cessatio à Divinis.

S. Est Ecclesiastica prohibitio, ob quam
Clerici cessare debent in certo loco à Divi-
norum Officiorum celebratione, & Sacra-
mentorum administratione, ob gravem
aliquam injuriam Ecclesiæ illatam, ut in-
juriantes resipiscant, & id per quod de-
liquerunt emendent.

Nonne cessatio à Divinis assimila-
tur pol. Interdicto?
Assimilatur quidem aliquomodo
aten^o per cessationem à Divinis pro-
rants inbetur celebratio Divinorum Offici-
um, & aliquorum Sacrament: admi-
fit irre-
bitatio; attamen in multis differt,
non fit
um quia cessatio non est propriè cen-
secrata
ta, tum quia cessatio non afficit Per-
vel alio
nas, sed tātum locum, tum quia non
concilian-
cludit sepulturā saltē absque con-
concilia-
eta solennitate &c. deniq; non in-
acerdo-
cit irregularitatē in trāsgrēdiēte &c.

QUÆSTIO XLIII.

De Depositione & Degradatione.

Quæstio
nis. **A**udire volo, quid sit Depo-
sitiō?

quæstio
Divi-
Sacra-
vā
ut in-
d de-
Non-
Est pœna Ecclesiastica ex se perpetua
& vindicativa, privans Personam Eccle-
siasticam ob crimen omni officio & benefi-
cio, retento solò Canonis & fori Privilegiò.
Ergo Depositiō privat ipsā radice
jurisdictionis, seu titulo beneficij &
officij.

l. 2.

S. Itā